Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

"De purificacione". Festum purificacionis tribus modis appellatur.

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

De purificacione

Festum purificationis tribus nominibus appellatur. purificatio
beate marie ypapanti et candelarum/ quia ea die que
xl^a natiuitatis dei venit ad templum sola beata virgo maria
secundum consuetudinem veteris legis ut mundaretur non quia immun-
da fuit post partum sicut alie mulieres/ quia lex precipiebat
quod omnes primi fructus terre et unigenita domino offerentur
et primogenita hominum redimerentur tribu leui excepta
Obtulit autem beata virgo pariturus aut duos pul-
los columbarum quia pauper erat. Diuites offerebant agnos
Dicitur ypapanti id est obuiatio/ quia symeon et anna
obuiauit domino. Candelarum dicitur propter quandam veterem
consuetudinem gentilium romanorum quia in mense febru-
arii die festo tota ciuitate cereis et facibus tota
nocte lustrabatur et quia christiani qui de gentilibus conuer-
tuntur non potuerunt amouere huius consuetudinem paga-
norum Gregorius papa sic mutauit ut in die purificationis
beate marie que est in eodem mense omnes christiani processi-
one facerent et candelas ardentes in manibus te-
nerent in memoria oblationis domini in templo. Ceterum pro-
pter hoc quod in cera est. Cera enim significat carnem christi
que nata est de virgine sine corruptione. lumen significat
diuinitatem carne latentem. Ignis significat lumen diuinitatis
quia deus noster est consumens ignem etc

Nota triplex honorauit deus mulierem primo quia
de latere viri formata est et non de limo terre sicut
vir. Secundo quia in paradyso formata fuit vir autem
in terra. Tercio quia filius dei voluit de muliere
nasci et non de viro. Quarto quia in illo triduo in sola — Nota.
muliere stetit ecclesia scilicet in beata virgine quia omnes apostoli
recesserant a fide mortuo domino. Quinto quia post
resurrectionem apparuit dominus primo mulieri scilicet marie virgini
et marie magdalene etc

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deau-
rato circumdata varietate etc propheta dauid lo-
quitur autem spiritu sancto illustrato preuidit ipsum diem in qua
sancta dei genitrix maria regina celi domina mundi